# EPISTOLAE
# OBSCURORUM VIRORUM

DE

S. S. CONCILIO VATICANO ET DE SACRILEGA
USURPATIONE GUBERNII SUBALPINI

SCRIPTAE EX GESU IN GERMANIAM.



LIPSIAE
OTTO WIGAND.
MDCCCLXXII.

II

# Editor Lectori salutem.

Haud ignorabis, pie lector, quod immanis perversitas gubernii usurpatoris saliti per brecciam Portae Piae in hanc sanctam et venerabilem orborum catholicorum Capitalem non se limitavit ad spogliare Sanctum Patrem dominio temporali, sed quod etiam attentat ad conventus fratrum Societatis Jesu. Ita continuando impium hoc et sacrilegum opus nuperrime expropriavit etiam novitiatum Jesuitarum apud S. Andream in Quirinali. Non credens quod gubernium subalpinum auderet committere unum scelus adeo coraggiosum, hieme mox elapso presi habitudinem passeggiandi quotidie per viam Quirinalem ut viderem si de facto mittet manum super novitiatum Jesuitarum.

Uno die vidi portas conventus sfondatas et operarios muratores intrare et exire. Estne possibile, dixi in me, estne possibile? Fuit sic! Die subsequente repassavi denuo, et vidi inter multos alios unum operarium qui tenebat in manibus unum grande et grossum bugellare quod perquirebat. Hic

1*

bonus homo ignorans probabiliter mysteria scientiae legendi et scribendi ricercavit cum suis sociis utrum bugellare contineret aliquod folium bancarium aut aliquam cartellam renditae italicae, sed evidenter nihil simile trovavit. Passavit bugellare suis compagnis qui videntes illud sine valoribus sed plenum litteris et cartis, dixerunt socio quod oporteret portare bugellare quaestori urbis ut restitueretur suo proprietario.

In hoc fatali momento ego, per singulare aliquod miraculum Beatissimae Virginis aut alius cujuscumque Sancti, vidi hoc factum et illico indovinavi quod illud bugellare debebat esse dimenticatum ab aliquo frate jesuita in sua cellula propter magnam frettam in qua obligati erant evacuare novitiatum. Subito capivi ingens periculum si bugellare veniret in manus quaestoris et si contineret aliquas cartas compromittentes. Cum repentina audacia quae mihi paret fuisse inspirata a Beatissima Virgine aut ab aliquo Sancto, accedo ad operarios et dico illis: Laus Deo, ecce meum bugellare quod dimenticavi in mea cellula et venio retrovare. Videntes me esse fratem non possunt mittere in dubium meas parolas, et unus operarius mihi dicit quod oportet pagare illis manciam solitam. Libenter, inquam, pagabo vobis manciam, sed antea passate mihi bugellare ut videam si nihil mancat de cartis in illo conservatis. Ille mihi passat bugellare quod ego rapide percurro videns, inter altras, multissimas litteras indirizzatas in Germaniam. Cor mihi palpitavit de gaudio et

exultavit spiritus meus commossus interessantissimo hoc trovato. Sed fuit opus nascondere laetitiam in praesèntia illius bonae gentis etsalvare pretiosissimum hoc bugellare. Dico igitur illis quod, etiamsi non possem perquirere omnes cartas nec videre si aliquid mancat, nihilominus illis gratias ago, et exfodo ex tasca quinque bajoccos et do illos operario qui mihi passaverat bugellare. Accidentes tibi pretaccio, gridat ille in collera, das mihi unum grossum pro bugellare quod forse pure non est tuum! Reddite nobis bugellare, dicit unus alter, portabimus illud ad quaesturam et si est vestrum reclamabitis et rehabebitis illud. Presit me tremor et fremitus subitaneus quando audivi has parolas, et dixi operario quod per caritatem non mihi det nojam, essendo bugellare revera meum, et excavavi ex saccoccia unam liram integram et dedi illis, et intascato bugellari abivi, audiens post me ingentem risum et indicibiles bestemmias contra nos poveros sacerdotes et frates.

Casam venutus, denuo perquisivi meum trovatum et videns illud esse ultra modum pretiosum, proposui mihi publicare aliquas cartas in Germania ubi tantum parlatur et stampatur de Concilio, de Infallibilitate Sancti Patris, de Conclavi et aliis rebus quae apud nos Romae neminem interessant, quibus autem illic attribuitur grandissima importantia.

Sed publico pro nunc solummodo unam minimam partem carteggii in bugellari contenuti, per non urtare nimis certos praelatos et frates qui post publicationem hujus speciminis non haesitabunt redimere a me caro

pretio litteras plus compromittentes. Homo avisatus, dicit proverbium, est quasi salvatus, et illi intelligent quid volo dicere. Si volerem publicare omnes cartas, possem facere grandes quattrinos, quia non facio sicut ridiculus ille Caprinus heros Garibaldius ad instar Jesu Christi professionem de disinteressamento, sed ut bonus sacerdos prendo libenter quattrinos ubicumque illos trovo et ringratio Madonnam Sanctissimam quod in tali modo me mittit in conditionem dandi de singulis centum liris unum bajoccum pauperibus pro salute animae meae. Etiam honorarium quod gentilissimus bibliopola germanicus mihi pagabit, in hacce proportione proficiet pauperibus et servet ad majorem Sancti Patris nostri gloriam et sacri barraconis utilitatem.

Vale et fave.

Dabam Romae, die secundi anniversarii
Infallibilitatis S. S. Domini nostri Pii IX.

FRA PIVS A B. ANNA MARIA TAIGI,
Ordinis Birrichinorum Christi.

I.

## Pater Piccininus, S. J., Reverendo Patri Crudio, S. J., in Germania.

Romae, 1. julii 1867.

Quod tantum desiderabamus et exspectabamus proxime adimplebitur; ardentia vota nostra exaudita sunt et coronabuntur successu. Concilium oecumenicum convocatur et radunabit se apud S. Petrum in Vaticano ad limina Apostolorum. Audaces fortuna juvat; oppugnavimus omnia obstacula et vicimus. Possumus dicere ingens hoc opus esse nostrum et siquis, sumus nos qui possumus illo nos gloriari.

Victoria finalis debetur Centenario S. Petri. Episcopi accursi Romam tantam monstrarunt devotionem et illimitatum obsequium erga S. Patrem quod bonus senex omnes nostras propositiones approbavit. Circa nostra disegna melius, quam ego possim, informabit te discursus quem Reverendissimus noster Pater Generalis habuit cum aliquibus episcopis, anglis, gallis et belgis in praesentia aliquorum nostrum et quem tibi refero cum exactitudine diplomatica quia mihi paret importantissimus et veramente historicus.

Progressus scientiarum physicarum, dixit P. Generalis, historiae et philologiae, et doctrinarum politicarum destruxit in animis hominum fidem in S. Scripturam et in auctoritatem Ecclesiae, et rodet sicut vermis fundamenta doctrinae ecclesiasticae. Hic progressus non se fermat, non se rallentat; nemo scit quousque ille ibit nec quid ex illo nascetur. Periculum est igitur immensum.

Ecclesia nescivit quid facere. Spaventata continuo hoc movimento mundi et impotens illud fermandi, credebat conjurare periculum declarando se immobilem, in vice mittendi se cum intelligentia et coraggio in dorsum progressus unde regulare ejus passus secundum suos fines. Ignorantia et trascurantia paparum et cleri fecit quod abbracciando stupidissimas doctrinas reactionarias in rebus politicis et scientificis reddiderunt ridiculam et spregevolam ipsam Ecclesiam ut inimicam intellectus, scientiae et progressus. Ecce sbaglium madornale plenum tristissimis consequentiis!

Hoc est historia multorum saeculorum et impossibile est cancellare illam et facere facta infecta. Oportet igitur cludere unum oculum, imo ambos, et expiare sine murmurare nec recriminare consequentias tantae stupiditatis et impraevidentiae. Vulgus nobis jesuitis imputat culpam hujus situationis et rendit nos responsabiles de omnibus bestialitatibus S. Matris Ecclesiae antiquioribus et recentioribus nostro ordine, ita ut hodie sit inutile contradicere illi. Indossemus nobis patienter et coraggiose omnes

culpas nostras et alienas pro bono Ecclesiae et cerchemus trovare remedium malo et salvare quantum adhuc salvari potest.

Orbis ruit pro nobis. Rimaserunt nobis adhuc stulti, et ignorantes, pueri et mulierculae. Primi paucum nobis prosunt; mulierculae sunt aliquid rei sed non multum. Sumus ergo abandonati in conspectu inimicorum. Antiqua tactica non regit plus; oportet cambiare illam et ricercare punctum illud ex quo dixit Archimedes posse levari terram ex suo asse. Non creditis in Deum, in Scripturam, in Patres, in Ecclesiam? Stat bene! Via, abandonamus vobis omnia haec et fregamus nos de omnibus his! Faciamus aliquid novi quod certo intondibit vos. Non creditis in Deum, in Jesum Christum, in Scripturam, in Ecclesiam; sed nihilominus non potestis existere sine aliquo idolo. Ebbene? Dabimus vobis unum idolum novum, vivum, visibile, palpabile. Sicut Hebraei praeferebant Jehovae vitulum aureum, sic et vos Deo et Ecclesiae praeferetis vitulum verum qui est caro de vestra carne et sanguis de vestro sanguine. Faciamus Papam Deum, et ipsi contemptores Dei genuflectentur huic idolo. Declaremus illum infallibilem, et sic creabimus unam auctoritatem supremam et unicam in terra. Allora poterimus vobis abandonare Deum, Scripturam et Ecclesiam: non oportebit in futurum credere in haec omnia, sed in solum Papam qui, species stregonis, de albo facit nigrum, de nigro album ad placimentum, et decidit inappellabiliter de omnibus doveribus et veritatibus

sine capire bricciolum de illis. Ecce punctum Archimedis trovatum! Vidistis primum ballonem experimenti quem lanciavimus in mundum: volo dicere Syllabum. Verum est quod non riescivit totaliter, sed non riescivit per hanc solam rationem quod Papa allora non erat adhuc declaratus Deus et infallibilis — homini autem fallibili non oportet credere omnia. Experimentum hoc nos edocuit necesse esse ut, quod facere debemus, faciamus citissime. Et est alia etiam ratio quae imperiose nobis commandat non indugiare plus.

Sacra barracca versatur in grandissimo periculo, et, per scansare omne aequivocum declaro expresse, non ex parte gubernii italici. Hoc gubernium virorum moderatorum dextrorum non solum non habet vogliam venire Romam, sed habet potius unam pauram diabolicam de Roma, et facit omnia possibilia et impossibilia pro conservare nobis hunc ultimum lembum terrae quem revolutio nobis lasciavit. Sed quid juvat nos benevolentia gubernii florentini? Possunt advenire eventualitates impraevidibiles et forzare illi manum ita ut non possit resistere fato et veniat Romam per salvare se et nos de patibulo quod nobis destinat quasi unanimitas omnium fidelium subditorum S. Sedis.

Quid allora? Ecclesia talis, qualis est hodie adhuc, non supportat libertatem. Habemus in manibus confessionale, politiam, censuram, sacrum officium, et vix dicere fas est quod possumus existere. Quomodo existere cum libertate politica, religiosa, in-

structionis et stampae, si interea Ecclesia non trovasset unam basem novam, illud punctum fermum Archimedis? Imaginate vobis quod clarissimus noster P. Secchi doceat in praesentia juvenum cultorum solem girare circa terram, et P. Schrader doceat politicam secundum Syllabum, et Reverendissimus Cardoni historiam Ecclesiasticam secundum nostrum systema! Facerent ridere ipsos cavallos, et gazzettae nobis dicerent in barbam nos esse aut bestias ignorantes aut birbones et impostores. Sed post factam apocolocynthosin Papae parum nobis interest quid mundus dicat: respondetur illi simpliciter: auctoritatem Papae infallibilis superiorem esse naturae, scripturae et historiae, et veritatem esse non illud quod natura, scriptura et historia docent sed illud quod Papa dicit.

Tempus premit et nemo scit quantum durabit situatio actualis. Opus est ergo approfitare de illa sine indugio et statuire unum factum accompletum — rem quidem in Syllabo damnatam, sed admodum respectatam in mundo, et nobis in hac occurrentia perutilem, anzi indispensabilem. Postquam hoc factum fuerit, adveniat quid poterit: nos ex puncto infallibilitatis papalis levabimus terram ex suo asse, et ipsa libertas italica in fondo nobis proficiet et rendemus eam nobis servibilem quando, quod inevitabile credo, perdiderimus hoc dominium temporale.

Ecce quare voluimus Concilium et quare nobis importat ut quam citius se radunet. Non quod, quae volumus, non potuissemus facere in eodem modo ut octroyavimus mundo dogma Immaculatae et Sylla-

bum; sed serius meditando decidimus nos pro Concilio. Oportet ut adsit totus Episcopatus orbis catholici et se immolet pro bono Ecclesiae; ut buccet publice historiam et privilegia sua et operetur in conspectu totius mundi sacrificium intellectus. Praeter haec volumus ut Episcopatus se compromittat insimul cum nobis, et ne post festum lavet sibi manus inter innocentes et dicat nos jesuitas eum bugerasse. Sic Rmus P. Generalis.

Boni illi Monsignores stabant cum bocca aperta, toti confusi et mortificati, et inscientes quid dicere. Rmus P. Generalis noster vidit hoc et habuit pietatem cum illis, et dixit illis: veritatem esse saepe duram et amaram, sed semper salutarem. Transmitto tibi sumptum hujus conversationis quae tibi dat clavem ad spiegationem multarum rerum quae sunt difficiles ad cognoscere et capire in Germania. Vale.

## II.

# Idem eidem.

Romae, 20. novembris 1869.

Rincrescit mihi valde quod canzonas meum stylum latinum quem, nescio quare, appellas maccheronicum. Si hoc verbo intendis dicere quod ille sentit culinam, non capisco connexionem quae posset existere inter stylum latinum, linguam mortuam, et deliciosissimum cibum viventium, nec unquam audivi mortuos mangiare maccherones. Aut vis forse dicere meum latinum non esse bonum? Deus meus! Habeo tantas rationes scribere tibi sicut scribo. Primo: scis quod, ex quo absolvimus gymnasium, non legimus plus classicos paganos sed breviarium et libros theologicos christianos qui certo non noverantur inter classicos latinos; fottimus nos de stylo classico, sapentes benissime quod nemo unquam scivit nec sciet scribere latine sicut scripserunt Cicero, Caesar aut Livius, qui ipsissimi, legentes aliquem latinistam modernum, linguam ejus probabiliter non intelligerent nec eam crederent latinam. Esset igitur opera perdita dare sibi tantam penam pro nihilo. Secundo:

penso quod, si tibi scriberem latinius, tu non capires unum acca, et propterea tibi scribo sicut mihi venit in pennam et video quod feci bene quia tu capisti benissime omnia quae tibi scripsi. Lascia igitur de parte canzonaturas propter meum stylum et sta contentus quod tibi scribo res bonas et interessantes in stylo quem clamas maccheronicum, sed nihilominus clarissimo et intelligibilissimo quod principale est.

Veniamus ad Concilium. Omnia sunt prompta; totum planum operationis elaboratum est usque ad piccolissimas specialitates; omnia schemata decretorum Concilio proponenda jam sunt stampata. Rete piscatoris textum est et non restat faciendum aliud quam projicere illud super capita Rmorum Patrum Concilii ut illo capiantur sicut pisciculi in aqua turbida. Fuit hoc unum affare serium et certo sine nostro glorioso ordine numquam fuisset peractum.

Quid tibi dicam de innumerabilibus gravissimis difficultatibus quas debuimus vincere! Imprimis indolentiam et codardiam gregis mulorum purpuratorum qui circumdat S. Patrem et abhorret ab omni passu energico et coraggioso; multi modicae aut nullius fidei quorum Ecclesia minime interest et qui non pensant quam ad finire suos dies in pace et opulentia; multi nobis specialiter adversi qui nos timent, quia non possunt sibi dissimulare nos esse prudentiores et finiores illis et non se sentiunt capaces appretiandi nostros finis; alii denique qui certo instincto praesentiunt suam cadutam inevitabilem post consequutum scopum nostrum.

Adde his difficultatibus eas quae oriuntur ex indole et charactere personali S. Patris. Primo: nihil intelligit de rebus ecclesiasticis ita ut quando illi parlatur omnia frantendit et deducit consequentias tuttas contrarias, quando autem vis rectificare sbaglios suos, non admittit errasse et inviperiscit in te et imponit tibi silentium sicut puerculo scholari. Secundo: puerilis ejus vanitas et senilis garrulitas reddit tibi impossibile confidare illi rem aliquam secretam aut revelare illi aliquem secundum finem, si non vis quod ille cras aut postcras chiaccherando cum tuis adversariis omnia patefaciat et te compromittat. Figura tibi igitur quantis praecautionibus et artificiis opus erat penes hominem, sine quo nihil facere possumus, ne demascherentur nostrae batteriae!

Ecce quoad Romam. Sed etiam foris res non andabant nimis liquidae. Una pars considerabilis episcopatus germanici, gallici, et anglo-americani non reguardant cum oculo multum favorevoli nostras intentiones, gridant contra quod dicunt enormitates nostrae doctrinae et imbuti sunt insupportabili orgoglio dignitatis suae apostolicae, suae eruditionis, suae positionis politicae; multi infecti sunt doctrina philosophica et protestante, multi inclinant versus liberalismum politicum, multissimi habent unam pauram diabolicam opinionis publicae et gazzettarum. Presimus omnes praecautiones possibiles ne nimis parletur nec secretum pontificium illis imponendum violetur, et speramus ut in fine finali, sicut fuit in Tridentino, omnis dissensus possibilis finiscat in

praesentia immensae majorantiae compositae de episcopis italis, hispanis, hispanico-americanis, hibernis, belgis, de magna parte gallorum et austriacorum, de orientalibus qui non sciunt latine, de episcopis in partibus qui in Concilio figurabunt sicut veri episcopi habentes dioeceses effectivas, de vicariis apostolicis, id est de omnibus qui a Propaganda, hoc est a nobis dependent. Hoc ingeniosissimo artificio successus plane nobis assecuratus est, et illi pontificuli liberalastres germani et galli convincent se presto quod illorum ambitiones et doctrinae non trovant postum in Concilio Vaticano.

Venit demum in calculum oppositio potentiarum et guberniorum quae, exclusa a Concilio, continuabunt sine dubio facere omnes difficultates possibiles unde inceppare actionem Concilii. Verum est quod minister bavarus princeps Hohenlohe instigatus periculosissimo illo Dollingerio fecit immensum fiascum simile illi quod accadit ministro italico Menabreae quem dicunt sibi imaginasse quod posset impedire totum quantum Concilium. Nihilominus certum est, non esse gubernium in Europa quod nos et Concilium non reguardet cum diffidentia aut cum hostilitate plus minusve manifesta. Attamen hoc non nos spaventat, et triumphabimus de illis facilius quod non pensatur. Jam illis eripuimus fulmina contra nos praeparata, et per timorem ne se redderent ridiculi, omnes jam reticuerunt et Concilium radunabit se non obstante illorum hostilitate et sine interventu illorum oratorum et ambasciatorum.

In summa: fecimus omnia quae humanamente erant possibilia et credimus assecurasse metam hujus nostrae impresae quantum humana sapientia et experientia fieri potuit. Et eapropter speramus pro certo quod nostri inimici victi et attoniti sub brevi exclamabunt: „Galilaee — rectius Loyola — vicisti!“

Vale.

## III.

## Idem eidem.

Romae, 30. decembris 1869.

Concilium apertum est die Immaculatae et adsunt plurimi episcopi ex omnibus partibus mundi. Sed S. Pater et Reverendissimus P. Generalis noster parum sunt contenti ejus andamento hucusque. Multas res optime praevidebamus et providimus quantum provideri potuit; alias non praevidimus quod pejus est.

Jam regulamentum Concilii provocavit aliquem malcontentum Patrum. Scis quod pro eorum commoditate et pro frenanda multorum loquacitate elaboravimus regulamentum prudentissimum et multo differens ab illo Concilii Tridentini. Hoc regulamentum illis fuit illico communicatum et potuimus exspectare illos nobis gratos fore. In vice fuit prima causa malcontentus, non omnium quidem sed multorum et importantissimorum qui se lamentant illo esse offesam et minimatam libertatem Concilii quod secundum illos jus habet non solum facere sibi regulamentum, sed etiam nominare omnes deputationes, fixare ordinem

et modum deliberationum etc. Vides ex hoc quod domini illi venerunt Romam cum idea Concilium esse speciem parlamenti aut assambleae legislativae quasi suveranae ubi illi possint libere parlare et agere secundum eorum placimentum et sine curare se de summa et illimitata auctoritate S. Patris. Domini, quod non! S. Pater audiens relatas sibi conversationes episcoporum gallorum, germanorum, hungarorum et austriacorum de hoc argumento factas, ivit in colleram et dixit quod volunt scimmiare parlamentum sed quod Concilium non est parlamentum. Illi domini nihilominus scribunt adressas et remonstrationes, et aliquis eorum andatus est usque ad dicere quod valet melius retirare se de Concilio quam supportare talia attentata contra libertatem Concilii.

Et quod plus est. Hi malcontenti subito se trovarunt insimul et deliberarunt instituere comitatus et reuniones nationales pro examinare et discutere propositiones et schemata priusquam veniant in deliberationem in Congregationibus. Vides hoc esse veros Clubbos revolutionarios ex quibus uno die poterit surgere Clubbus jacobinicus et arrecare funestissimas consequentias. Quindi S. Pater subito interdixit has reuniones periculosas, quo non obstante dicitur quod in casis trium Cardinalium, unius galli et duorum austriacorum, continuant radunare se episcopi malcontenti et quod certi eorum audent jam parlare de una „oppositione conciliari" sicut de re naturalissima, legitima et admissa.

Sunt hoc symptomata dispiacentia quorum oportet

tenere contum, ne cativum exemplum inficiat bonos nec possit agere sicut unum adminiculum demoralisationis. Quomodo huic inconvenienti providebitur, nescio, sed sum certus quod providebitur cum aliquo remedio heroico, quia omnes praevidemus quod sine hoc haberemus parlamentum non Concilium, sine obedientia, sine disciplina, sine secreto et non sine scandalis quae necesse est evitare ad omne costum.

Vale.

---

15

IV.

## Idem eidem.

Romae, 26. januarii 1870.

Res conciliares vadunt male. Spiritus unius magnae partis episcopatus ultramontani malus est. Certi episcopi se rebellant in omni modo. Secretum pontificium illis impositum non servatur. Legis sine dubio in Gazzetta universali augustana maledictas illas „litteras romanas de Concilio", immensum scandalum, quia, abstrahendo de aliquibus nugis et malitiis, quod referunt de factis verissimum et incontrastabile est. Eapropter non tibi scribam quae in illa gazzetta potes legere et tibi explicare cum debita praecautione.

Porro continuant episcopi conspirare contra regulamentum Concilii. Nescio quantas adressas et remonstrationes jam firmarunt et mandarunt Eminentissimis Legatis. Hoc est unum divertimentum sicut qualunque aliud et non tirat ad consequentias serias. A principio nos timebamus ne hi episcopi remonstrantes

et protestantes se mitterent in scioperum et declararent se nolle plus intervenire sedutis conciliaribus si primum non retiretur et annulletur regulamentum. Sed per fortunam aut per pauram haec idea nulli venit in testam; paret potius illos tantum gridasse et strillasse pro quittantia conscientiae et contentos esse sic salvasse animam. Eminentissimi Legati tenent unum contegnum prudentissimum: acceptant adressas et protestationes, sed faciunt aures mercatoris et nunquam verbum respondent. Episcopi autem non insistunt et parent esse contenti. Si insisterent, responderetur illis, adressas eorum esse nugas et fanciullaggines quia, etiamsi protestantur contra, de facto se subjiciunt regulamento in Concilio et sic implicite ejus legalitatem agnoscunt. Caeterum hi clamores nobis detexerunt varia vitia regulamenti. Approfitabimus de oppositione pro prendere duas columbas cum una faba: modificabimus regulamentum contra intentiones opponentium in commodum nostrum, et illis dicemus nos illis fecisse unam considerabilem concessionem.

Incipiunt jam conspirare etiam contra dogma nostrum. In Schemate „Constitutionis de Ecclesia“ nuperrime distributo dogma Infallibilitatis S. Patris non continetur, sed omnes dispositiones schematis eo tendunt ut id ex illis decurrat cum indispensabili necessitate logica et ommitti non possit, quia sine illo totum schema mutilatum et caducum esset. Nos dicimus quod modestia S. Patris non permittit ut explicita definitio Infallibilitatis schemati inseratur, sed

quod amicis nostris permittitur mandare S. Patri adressam in qua supplicatur ut dignetur proponere aut permittat proponi in uno supplemento ad illud schema in forma emendamenti aut additamenti definitio dogmatis nostri. Dictum, factum. Adressa jam firmata est a plus quam 500 episcopis. A pena illi episcopi protestantes audiverant de hac adressa nostrorum, jam incipiunt conspirare contra dogma, elaborant et firmant aliam adressam in qua S. Patrem supplicantur ut eliminetur omnis possibilitas definitionis dogmatis illius. Sed haec adressa inutilis et arrogantiae plena non trovabit plus quam 120 aut 130 firmas et non faciet quam unum bucum in aqua quia S. Pater illam irremissibiliter rejiciet.

Comunque sit, haec oppositio episcopalis est unum symptoma gravissimum malorum quae travagliant Ecclesiam, et demonstrat quod nostra educatio cleri non erat adhuc capax transformandi illum in unum instrumentum bonum et servibile Ecclesiae. S. Pater arrabiatus est hoc phaenomeno et dicit iram de Deo contra episcopos opponentes. Pro nobis res simplicior est multum, quia sumus certi quod cum calma et energia vincemus illas effervescentias passionis. Superbia episcoporum ingens est et nititur tota in falsis illis doctrinis de episcopatu quas nimis longe Ecclesia toleravit, et de infallibilitate Conciliorum, quod dicere vult quod unusquisque in suam propriam infallibilitatem credit eamque defendit, et adversatur infallibilitatem S. Patris sicut enormitatem

inauditam et exitialem etc. Et nota quod hoc dicunt illi ipsissimi homines qui ante duos et quod explicit annos in Centenario S. Petri scripserunt et firmarunt adressam in qua dixerunt os Papae esse infallibile — et hodie renegant adressam et dicunt illa verba esse unum banale complimentum ex quo non licet minime derivare professionem dogmaticam infallibilitatis papalis! Quis crediderit possibilem tantam perversionem!

Dogma nostrum duas habet species adversariorum. Prima est illorum qui infallibilitatem pontificiam absolute negant quia nec in Scriptura nec in Patribus continetur et secundum illos doctrina a Curia romana excogitata et ab aliquibus theologis nostris solum adoptata est. Altera species illorum est qui infallibilitatem non adversantur absolute sed illam possibilem ideoque theologice admissibilem credunt et hucusque in suis dioecesibus clanculum doceri permittebant, sed ejus definitionem dogmaticam inopportunam asserunt quia timent ne theologi docti et liberi pensatores eam faciant ridiculam neque gubernia ab ejus consequentiis politicis se spaventent, et ne in hoc modo Ecclesiae magnum damnum inferatur.

Primi, credo, sunt paucissimi quia opinio haec potest esse illorum solummodo qui multum studiarunt, et Scripturam, Patres et historiam ecclesiasticam bene cognoscunt. Renuntiamus libenter ideae eos convertendi ad nostram opinionem. Secundi sunt plurimi et non erit difficile eos reducere ad rationem, quia oppositio eorum non habet fundamentum dogma-

ticum, sed unico inspirata est considerationibus exotericis de quarum valore non sunt illi competentes judicare. Nos illis imponemus silentium cum una simplici quaestione: Si gubernia aut liberi pensatores crederent opportunum abolire fidem in Deum, consentiretis vos ad cancellare hunc articulum in Credo apostolico et nicaeno? Ad hanc demonstrationem in absurdum quid possent respondere? De omnibus rationibus illogicis et ridiculis ridiculissima est haec eorum inopportunitas allegata a gente quae in corde suo credit in infallibilitatem sed mancat coraggio profitendi eam publice. Eorum oppositio igitur non est seria et finient omnes per subjicere se quando videbunt definitionem dogmatis esse certam quia impossibile est quod non recognoscant debilitatem incredibilem suae argumentationis.

Nostra opinio erat semper opus esse reducere episcopatum etiam in theoria, quod in praxi jam factum est, ad unam positionem conformem ideae et bisognis Ecclesiae, et spogliare illum orpello quo indebite se ornat. Opus est finire cum hac bugiarda et ballorda infallibilitate mille buratinorum et famulorum Papae, et facere S. Patrem padronem in domu sua. Opus est declarare semel pro semper quod non tolerabitur, sicut in Conciliis praeteritis et in diaetis polonicis, exitiale illud veto unius individui aut factiosae minorantiae quod reddit inanem operam et voluntatem omnium. Quibus dogma nostrum non placet, vadant ad sanctos, resignent dignitatem epi-

scopalem et vivant ut poterunt. Episcopatus debet expurgari de elementis minus bonis et malis, et numquam occasio erat propitior actuali. Credo quod super hoc puncto omnes sumus unanimes.

Titulo symptomatis curiosi et non spernendi debeo tibi referre, nostras mulierculas multissimum se interessare pro episcopis opponentibus. Venerunt Romam sub praetextu Concilii ex Anglia, Gallia et Germania multae damae aristocraticae, partim stagionatae, partim Magdalenae pentitae partim impoenitentes, et apriverunt salones suos in quibus multum chiacheratur de S. Patre et de S. Matre Ecclesia et de Concilio. Parlant de S. Patre cum enthusiasmo amoroso, sed nihilominus invitant ad prandia et coenas et seratas episcopos opponentes notissimos et faciunt illis omnes sortas carezzarum adeo ut multi dubitent de bona fide harum „Matrum Concilii.“ Nuper unus cognosciutissimus legitimista gallicus, cujus uxor vetula sed civetta pridie in suo salone riuniverat quasi omnes primipilos oppositionis episcopalis, habuit audientiam apud S. Patrem qui illi benevole rimproveravit quod domus ejus diventavit species Clubbi inimicorum S. Patris. Bonus noster legitimista valde erat confusus et sic se excusavit: „Quid vultis, S. Pater, est una disgratia, sed est veritas verissima: episcopi opponentes in moda sunt, et si quis nostrum vult dare unam seratam splendidam, debet scribere in cartis invitationis quod Monsignores A, B, C etc. de oppositione conciliari, intervenient reunioni. Quod

si non scriberetur, salones remanerent vacui et depopulati.“ S. Pater certo non erat nimis aedificatus hac revelatione, sed cum solita sua calma serenitate presit magnam portionem tabacci et nihil resposuit. Quid dicis de hoc „episcopi opponentes sunt in moda?“ Est revera gratiosina haec parola.

Vale.

V.

## Idem eidem.

Romae, 24. Februarii 1870.

Res conciliares vadunt de malo in pejus. Non solum infallibilitas S. Patris sed etiam dogma dominii temporalis incontrat vivissimam oppositionem apud episcopos ultramontanos. Prima potest intelligi et spiegari tractando se de una quaestione bottegae et interessi; secundam capiscat qui poterit: ego revera non capisco.

Scis quod ab anno 1859 quasi omnes quanti episcopi mandabant S. Patri innumerevolas adressas in quibus declaratur dominium temporale esse indispensabile pro Ecclesia, et orbos catholicos non posse existere sine illo. Stampavimus eas in sex foliantibus et mundus eas posset legere si vellet. Recordaberis quomodo inter alios Cardinalis Rauscher et episcopus Dupanloup infuriarunt et svillaneggiarunt in impium usurpatorem et sacrilegum spogliatorem S. Sedis qui se dicit regem Italiae? Ebbene! Credes si ora tibi dixero quod hi duo praelati, prae tantis altris, dicunt dominium temporale esse unam pestem

et quam primum aboliendum ut salvetur Ecclesia. Quando hoc audivi rimasi totus intonditus, et nolui credere. Sed pur tropo verum est.

Quid ergo arrivatum est, interrogabis me? Ecce tibi verbum aenigmatis.

Illi duo praelati voluerunt, sicut etiam alcuni alii, stampare Romae certa sua opuscula contra nostrum dogma distribuenda patribus Concilii. Capiscis quod hoc non permittitur. Ad quid diaboli serviret nobis dominium temporale si non pro tuendis nostris interessis et pro opprimendis nostris adversariis! Vadunt ergo furiosissimi Neapolim et stampant ibi sua opuscula. Reduces incominciant magnificare libertatem italicam et gloriare regnum Italiae et dicere iram de Deo de Statu Pontificio. Primus inter omnes excellit pavo ille diventatus lupus orleanensis qui nescit contenere suam vanitatem literariam et suam ambitionem episcopalem et vult esse creditus primus episcopus mundi catholici. Racontavit ille in societate aliquorum episcoporum ejusdem farinae, censuram pontificiam illi inhibuisse publicationem opusculi sui contra infallibilitatem, et amicum quendam illi suggessisse ideam publicandi illud Neapoli sub aegide libertatis stampae italicae. Non venit illi nullus scrupulus, aut vanitas omnes vicit; stampat suam brochuram et strillat contra dominium temporale. Quomodo, Monsignore, observat aliquis episcopus pro canzonare illum, vos qui spezzastis tantas lancias pro dominio temporali et tantas dixistis injurias contra regem et regnum Italiae, nunc facitis ejus panegyri-

cum. Mea cülpa, mea cülpa, mea maxima cülpa, resposuit Mgr. Dupanloup percutens sibi ter pectus, redimerem sanguine meo omnia quae scripsi in favorem execrabilis hujus gubernii pontificii. Et omnes praesentes ridere. Sed ille andavit in rabbiam et gridavit: Quid ridetis, Monsignores, vos qui allora me admirastis? Ego scripsi de re quam non cognoscebam, sicut illustris amicus meus Thiers qui scripsit historiam primi Imperii sine sapere quid in veritate erat illud Imperium; sed sub secundo Imperio vidit propriis oculis quale fuerit illud primum et nunc poenitet eum scripsisse illam historiam et ita inganasse franciam. Sic et ego. Nescivi quid sit hoc gubernium pontificium. Quando veniebam Romam per aliquot septimanas, adulabant me isti birbones praelati curiales et movebant maria et montes pro rendere mihi gratum soggiornum Romae et pro gabbare me respectu miserabilis sui gubernii. Ast nunc illa canaglia se smascheravit et credens non habere plus opus solitae suae hypocrisiae tractat nos poveram gentem ut canes. Non fosset imbecillitas Imperatoris et codardia Regis, haec lepra Ecclesiae non existeret plus in Europa unum solum diem.

Et omnes praesentes confirmarunt quae dixit Mgr. Dupanloup et fecerunt commentarios tales quod non audeo tibi illos referire.

Per disgratiam nimis verum est quod contactus praelatorum exterorum cum nostris gubernantibus creat dominio temporali multos et potentes inimicos. Sic mihi relatum est quod etiam Mgr. Darboy, homo

prae omnibus aliis timendus quia influentissimus penes Imperatorem, valde scandalisatus est de gubernio pontificio et de aliis rebus quas hic videt et audit. Dicit Parisios in comparatione cum Roma esse sedem omnium virtutum et praeparat — ut se vindicetur de Curia — orationem in Concilio habendam super illo Concilii Tridentini decreto „Nihil est“ (Sess. 22), orationem quae non solum posset divenire sufficienter scandalosa per se sed etiam serio compromittere dominium temporale. Ecce tibi specimen spiritus ejus propositorum quae nuper ille tenuit cuidam amico suo.

Audivi multa, dixit ille, ab amicis et inimicis de hoc gubernio sacerdotali, sed quae nunc video propriis oculis pejora sunt omnibus quae unquam legeram et audiveram. Gubernium pontificium est negatio Dei, Ecclesiae, humanitatis, et veritatis et moralitatis. Hoc gubernium est in contradictione cum semet ipso. Ut gubernium debet tolerare res quas ut Ecclesia condamnat et non posset tolerare. Sed cupiditas dominii et auri vincit in his praelatis romanis omnes scrupulos christiani et sacerdotis. Est una quaestio admodum legitima haec: utrum Romae decreta Concilii Tridentini de officio sacerdotis obligatoria sint nec ne? Figurate vobis quod administratio politica et judiciaria, militaris et financialis pro capitibus et functionariis superioribus habet cardinales et praelatos. Estne officium e. g. praefecti politiae compatibile cum sacerdotio? Ebbene! Apud nos praefectus politiae laicus est et si rilasciat meretri-

cibus brevia turpis earum artis exercendae, facit quod non potest impedire; est officium sacerdotis praedicare contra excessus sexuales et refrenare passiones inculcando animis praecepta religionis et moralitatis. Quid fit Romae? Gubernium sacerdotale non posset tolerare et habet sufficientem forzam impediendi hos excessus. Sed nihilominus illos tolerat, et Mgr. praefectus politiae rilasciat brevia lenonibus et meretricibus, et dicitur adeo fervens in adimplendo suo officio mundano quod nunquam rilasciat bellae puellae breve priusquam se personaliter actu convincat puellam esse capacem artis suae exercendae. Nostri praefecti politiae certo non sunt sancti, sed adminus non sunt sacerdotes. Sumus homines etiam nos sacerdotes, habemus sanguinem in venis et non timemus puellam; attamen nullus nostrum auderet degere vitam certorum Cardinalium et praelatorum romanorum qui non vivunt sicut christiani sed sicut veritabiles pasce turci.

Non solum tolerant immoralitatem loteriae sed abusant insuper Ecclesia et faciunt publice benedicere ab aliquo Monsignore in rocchetto et stola rotam in qua continentur sortes extrahendae. Attristatus et avilitus raconto quod vidi uni nostro sacerdoti qui a multis annis habitat Romae. Vidistis, Monsignore, dixit ille mihi subridens, id solum quod omnes vident, sed non vidistis certas operationes fraudulosas quas praelatus ille cognoscit, et nihilominus dat benedictionem dupplici fraudi ne detrimentum capiat cassa loteriae pontificiae. Sufficit, dixi

illi, nolo audire plus, et coprivi faciem manibus ne sacerdos ille videat me erubuisse.

Et quid dicere, continuavit Mgr. Darboy, de administratione justitiae in hoc miserando Statu in quo impiccatur et guillotinatur nomine et sanctione Vicarii Christi? Quid dicere de re militari ubi brigantes armantur contra Italiam a ministro belli pontificio armis, munitione, benedictione apostolica et indulgentiis plenariis? Unâ parolâ: res faciunt a quibus humanitas et moralitas ipsorum barbarorum abhorret, et tamen volunt conservare hunc statum, et pro ejus conservatione impossibili volunt creare unum dogma novum ridiculissimum per se et ignominiosum pro nobis omnibus. Nos non possumus praestare nos ad committere hanc infamiam: ego praefero excommunicationem complicitati in hac infamia.

Sic archiepiscopus parisiensis.

Unus episcopus anglo-americanus dixit quod, si in America cognosceretur dominium temporale sicut est in veritate, omnes catholici americani abjurarent religionem suam et facerent se protestantes.

Episcopus quidam germanicus dixit quod Papa et Curia tractat episcopos sicut canes. Domi, dicit ille, sumus magni domini; clerus et fideles aestimant et venerant nos, gubernia nos accarezzant et tractant ac si essemus piccoli papae. Hic vero, Romae, Cardinalis parum comptat, episcopus nihil: papa omnia absorbit. Praelati Curiales, quia portant habitum paonazzum, non solum se credunt nobis aequales sed potius superiores. Sine ullo dubio, dominium tempo-

rale causa est demoralisationis et arrogantiae hujus gentacciae famulorum et servorum papae qui se credunt esse dominos mundi quia servilis canaglia romana illis obedit et omnes populi Curiae pagant unam contributionem pro indulgentia aeternae stupiditatis suae. Sed, per Deum, nos non sumus romani et nolumus portare hoc jugum. Hoc dominium temporale, pestis Ecclesiae, debet finire si non volumus ruere in servitutem.

Facile tibi imaginabis similes discursus colportari in omnibus conventiculis episcoporum opponentium et nobis esse gravissimo praejudicio. Si jam hae bagatellae et hi pettegolezzi gubernii pontificii episcopos exteros adeo exasperant, figura tibi quomodo de illo judicabunt quando sapuerint res seriores et secretiores. Abhinc certum mihi paret quod illi, unusquisque per alias rationes lasciabunt Romam ut inimici irreconciliabiles dominii temporalis, etiamsi votaverint ejus dogmatisationem. Quod ego timeo sunt scandala, et non dubitabis quod discussio hujus dogmatis abundabit revelationibus scabrosis et indiscretis. Sed quid faciendum? Volumus dogma et oportet bibere hunc calicem amarum.

Vale.

29

VI.

## Pater Curtius, S. J., Excellentissimo Domino L. B. ab Antro Aeoli, S. J., in Germania.

Romae, 30. martii 1870.

Post grandiosum fiascum quod princeps Hohenlohe reportavit in sua campagna diplomatica contra Concilium, diplomatia europea stetit tranquilla et non dixit plus unam parolam. Clamores et baccanum episcoporum opponentium dederunt guberniis novam occasionem faciendi unum experimentum diplomaticum quod, etsi certo finiscat cum uno novo fiasco, in hoc momento nobis venit valde inopportunum.

Gallia nuperrime incaricavit ambasciatorem suum insistere penes S. Sedem ut admittat unum legatum aut oratorem Galliae in Concilium, et in eodem tempore insinuavit quod, si dogma infallibilitatis fuerit proclamatum, haec innovatio habebit pro consequentia immediata abolitionem Concordati gallici. Marchesius Banneville haesitabat aliquantulum facere hanc communicationem Cardinali Antonelli et scripsit in proposito suo ministro comiti Daru, quod haec domanda et repraesentatio non habebit alcunum successum. Sed accipiens unum novum et urgentem

ordinem, eo se sbrigavit quantum melius potuit. Dominus Banneville est bonus homo nobis sympathicissimus qui faceret omnia quae volumus si posset; haec ejus docilitas major est sine dubio ejus ingenio et propter hoc parum nobis prodest. Scis quantum est delicata nostra positio versus Galliam. Omnes sumus concordes in execrando Imperatorem cujus conniventia et collusio permisit furbissimo illi latroni Cavour rubare nobis Romagnam, Marcas, Legationes et Umbriam et destruere nostros crucigeros commandatos a piissimo et beatae memoriae generali Lamoricière. Attamen inutile esset negare quod, si adhuc Romae existimus, hoc beneficium debeamus unice invidiae contra Italiam Imperatoris sine cujus protectione neque Concilium teneri posset. Sumus eapropter constricti ad cludere unum oculum et trangugiare certas insulsas praedicationes diplomaticas circa gubernium pontificium de quo nec Imperator neque ejus ministri capiscunt mentulam. Dominus Banneville est semper dolentissimus si aliquando debet S. Patri aut Cardinali Antonelli recitare suam lectionem venutam Parisiis, et ut homo directus et sincerus disimpegnat ingratum suum officium semper cum magno garbo. Quando tamen nimiam nojam dat Cardinali, hic illum scit benissime et cum multa gratia econducere. In summa, credes mihi Dominum Banneville esse praeferibilem omnibus aliis diplomaticis accreditatis penes S. Sedem. Hoc confirmatum est ultimo illo incidente diplomatico de quo tibi hodie scribo. Eminentissimus Antonelli illi resposuit potentias nihil

habere faciendum in Concilio et ideo legatos guberniorum non posse admitti; quod autem attinet dogma nostrum, illud nihil cambiare in systemate et in organismo Ecclesiae quia a bonis semper creditum erat; si vero Gallia vult abolire Concordatum, faciat pure, quia S. Sedi Concordatum minime importat. Dominus Banneville intascavit hanc respostam, et felicem noctem.

Sed mox venit Austria. Informatus Parisiis de hoc passu gubernii Gallici, Liber Baro Beust non potuit dormire ob tropaeas Comitis Daru neque contenere suum instinctum scimiae diplomaticae. Ille se credidit in debito appoggiandi remonstrationem Cabineti parisiensis. Figura tibi si Cardinalis Antonelli potuit auscultare hanc balordaginem sine prorumpere in risum! Austria, imperium qui plus omnibus aliis mancat consilio et criterio, vult nobis dare consilia et facere intimidationes! Et hoc per medium sui ambasciatoris Comitis Trautmansdorff! Hic homo est bona pasta et de illa illustri prosapia de cujus aliquo humoristicus ille Eremitanus Abraham a S. Clara ex pulpito dixit „utrum tali asino affidatur pagus?" Hic noster dignus est illo atavo, stupidus quidem et ignorantissimus, sed bravissima persona, nobis devotissimus ad omnem probam, richissimus et magnificus, propter quod ejus collegae eum clamant Don Magnifico de Asinaribus. Pauper hic homo se trovat in una positione tota falsa qualiter repraesentans ille, optimus catholicus, unam potentiam a S. Patre publice condamnatam, et subordinatus uni ministro protestanti qui

cum bugiarda dupplicitate in uno suo dispaccio Romam scripto sibi attribuit meritum initiativae expeditionis gallicae ad Mentanam, et eodem ipso die scripsit alterum dispaccium Florentiam in quo gubernio subalpino assecuravit omnia possibilia fecisse penes Napoleonem ut impediretur nova illa expeditio et interventio gallica in Italia. Convictus a Cardinali Antonelli hujus turpitudinis sui gubernii, Dominus Trautmansdorff versat sanguinosas lacrimas quando Eminentissimo debet referre sproposita et sacrilega consilia sciagurati sui gubernii, et propterea dixit illi S. Pater, qui illi vult multum bene, quod faceret melius dare suas demissiones quam repraesentare unum gubernium cujus politicam ille ipse condamnat. Sed ille credit quod debet perseverare in suo posto ne illi succedat aliquis diplomaticus minus devotus interessis S. Sedis. Pro dicere veritatem, est fortuna pro nobis quod Austria est repraesentata ab homine hujus generis; quia, quantumque sit notum quod ambasciator austriacus penes qualunque potentiam est semper stupidissimus inter omnes suos collegas, difficillimum esset trovare unum nostro stupidiorem et imbecilliorem diplomaticum, etiamsi Austria hoc genere plus abundet omnibus altris Statibus europeis.

Etiam Borussia, potentia protestans, immiscet se quodammodo in affares conciliares. Ejus ambasciator Baro Arnim, homo pulcher, graditissimus nostris mulierculis aristocraticis, frigidus in negotiis, cautus et circumspectus, est lutheranus zelans et inaccessi-

bilis omnibus nostris artibus et blanditiis. Cardinalis Antonelli habet eum in multa stima quia scit quod Dominus Arnim illi nihil credit et non se lasciat bugerare ab illo sicut alii ambasciatores. Mihi paret Dominus Arnim homo valde periculosus, quia legit multos libros theologicos et scit pro laico nimis de dogmatica et de historia ecclesiastica, et propterea timeo ne nobis guastet graviter opus nostrum in Germania. Dominus Arnim nuper communicavit unam notam importantem Cardinali Antonelli in qua Comes Bismarck facit unum discursum valde serium de consequentiis practicis dogmatis Infallibilitatis et Episcopatus universalis Papae et clamat has modificationes unam immensam revolutionem respectu disciplinae et relationum inter Ecclesiam et Statum in Germania. Eminentissimus Antonelli necdum resposuit per scriptum, sed praeparat unam respostam pro calmandis illis apprensionibus germanicis. Dominus Arnim non est contentaturae adeo facilis sicut ejus collegae gallicus et austriacus; res igitur vult esse bene studiata.

Anglia pariter appoggiavit remonstrationes Galliae, sed ejus incaricatus affarium, Dominus Odo Russell, dixit expresse Cardinali Antonelli quod Lord Clarendon non intendit minime ingerere se in res conciliares sed solum pregatus a Cabineto parigino vult facere huic unam gentilezzam. In generali, non possumus lagnare nos de Anglia et de ejus repraesentante qui est sine contradictione omnium Anglorum amabilissimus, instructissimus, et reservatissimus. Eminentissimus Antonelli eum amat etiamsi

sciat quod Dominus Russell est persona valde periculosa, qui odit sacram barraccam et nostrum ordinem, et resistit per prudentiam ipsis bellissimis nostris mulierculis quae eum obsident partim per caritatem divinam partim quia est pulcher juvenis et bene conservatus. Cognoscentes eum ab aliquot annis omnem operam impendimus penes bonum nostrum amicum Gladstone ut titulo officioso mandet ad Concilium alium quemdam repraesentantem catholicum et obtenuimus ut veniret Lord Acton, homo instructus, intrinsecus cum famoso Dollingerio, ambitiosus et activissimus. Propter altam suam extractionem facile illi fuit mettere se in relationem cum multissimis praelatis anglis, gallis, germanis et hungaris, ita ut aliquis amicus consuevit appellare eum „Patrem laicum Concilii.“ Ille timet ne dogma nostrum impediat formationem unius magni partiti catholici in Anglia, per cujus medium ille sperat venire ad potere; sed non dubito quod re perfecta, laudabiliter se subjiciet.

Cum Russia non habemus relationes officiales et haec potentia nos non disturbat, abstrahendo ab inhibitione significata suis episcopis ne venirent ad Concilium. Titulo officioso repraesentat Russiam Dominus Kapnist qui stat in relationibus puramente privatis cum Cardinali Antonelli, et est juvenis diplomaticus valde modestus et gentilis quem vix schismaticum crederes et cujus activitas propter rupturam relationum diplomaticarum non est periculosa nec incommoda.

Sed quid dices quando tibi dixero quod guber-

nium florentinum habuit sfacciatagginem mandandi Romam ad Concilium unum suum diplomaticum? Ita est. Capiscis quod S. Pater non vult habere verunas relationes diplomaticas cum gubernio usurpatore et non admittere ejus repraesentationem penes S. Sedem. Sentimentum dignitatis deberet retinere disgratiatum illud gubernium ab omni tentativo intrudendi se in hujatem diplomatiam, ast curiositas vicit ultimum bricciolum sentimenti convenientiae. Vult esse informatum de rebus conciliaribus et sciens quod innumerabilis turba suarum spiarum quas Romae habet et quas gubernium nostrum tolerare debet quia sunt nostri subditi, nihil posset sapere de Concilio, quid facit sceleratissimum et finissimum illud gubernium? Mandat Romam unum diplomaticum ministerii affarium exterorum, hominem qui non est natione italus et ideo minus suspectus, et habet nomen adeo barbarum et tantum difficile pronuntiari quod nemo recte scit quomodo appellatur, et Eminentissimus Antonelli dixit praefecto politiae, quod praefert ignorare ipsum hominem quam storpiare sibi linguam volendo pronuntiare nomen ejus. Et sic occultus ille ambasciator in partibus regni Italiae vivit Romae in bona pace et omni tranquillitate de parte nostra et in optimis relationibus cum suis collegis diplomaticis qui illi tacite recognoscunt caracterem diplomaticum quamvis non sit accreditatus. Est una situatio anomala quam nobis praeparavit astutia sceleratissimi illius gubernii. Verum est quod hic diplomaticus, multum invigilatus a politia, hucusque non dedit nec minimam ansam

molestandi illum aut rimandandi Florentiam. Vivit caute et modeste, non conspirat, observat omnia et parlat parum et dicitur esse versatissimus in negotiis diplomaticis et theologus atque canonista protestans, sed ego eum credo potius liberum pensatorem, quia mihi constat eum appellasse Concilium unam partitam scacchiludii, in qua illum interessat videre quis cum majore dexteritate ludit. Ejus positio respectu nostri dogmatis est valde aenigmatica. Discurendo de ipso ille dicit hoc dogma esse consequentiam logice inevitabilem et irretardabilem svilupi Ecclesiae a mille annis, et incoronationem necessariam aedificii Ecclesiae catholicae. Dicit dogma hoc Romae non esse innovationem, quia Papae se credebant semper infallibiles, et nihil alterare in organismo Ecclesiae quae a Papis semper regebatur in modo absoluto. Dicit litem inter episcopatum et papatum esse mere theoreticam, in praxi jam a saeculis decisam. Ecclesia catholica est res quam oportet aut prendere talem qualis est aut lasciare, sed non credere quod Status illam possit formare secundum sua desideria, etc. Hoc fuit relatum S. Patri et illi adeo placuit ut ordinaverit ne minime molestetur innominabilis hic ambasciator in partibus infidelium et valde se rallegravit, Italiam esse prudentiorem et furbiorem aliis potentiis. Eminentissimus Antonelli supponit quod gatta hic covat et quod hic homo approbat dogma praecisamente quia urtabit S. Sedem cum omnibus potentiis, et quod sicut semper ita et nunc Italia piscabit in aqua quam nos ipsi turbavimus in

ejus commodum. Uno verbo, hoc contegnum diplomatici florentini illi paret plenum secundis pensieris et reticentiis periculosis. Ceterum Eminentissimus quandoque peccat excessu finezzae.

Praetermitto tibi loqui de politica et de repraesentantibus parvarum potentiarum qui nihil comptant et conscii suae nullitatis nobis neque calidum neque frigidum faciunt.

Omnes hi diplomatici magni et piccini diventati sunt professores theologiae et prendunt nos pro scholaribus. Omnia quae facimus illos inquietant, ubique supponunt conspirationes contra Statum, et sine dubio scribunt guberniis suis rapportos qui, si possemus eos legere, aut nobis drizzarent capellos in testa aut vero nos facerent mori de risu. Mihi rincrescit quod S. Pater non potest expellere Roma hos serpentes diplomaticos; est una illarum inconvenientiarum dominii temporalis esse exposti huic spionaggio diplomatico, attamen beneficia ejus superant multo has inconvenientias, oportet ergo illas supportare cum patientia. Quantum autem ad has ultimas arrogantias potentiarum attinet, S. Pater jam resposuit ad has balordaggines diplomaticas cum distributione capituli supplementaris schematis de Ecclesia, in quo capitulo Infallibilitas Papae in modo absolutissimo definitur. Est una alapa data insolentibus illis qui tentant ingerere se in res conciliares in quibus nullum habent votum. Estne hoc clarum, diceret amicus noster Rouher?

Vale.

## VII.

## P. Piccininus, S. J., R. P. Crudio, S. J., in Germania.

Romae, 5 junii 1870.

Biasimas me de meo longo silentio. Per disgratiam non habeo nihil boni quod tibi scribam. Quid in Concilio et foris agitur, legis in sceleratissimis illis litteris romanis *Gazzettae Universalis* et in scandaloso illo liberculo gallico intitulato „Quid se passat in Concilio". Quid ergo tibi scribam? Non quod dogma nostrum in periculo esset; numquam mihi venit in mentem de hoc dubitare: majorantia nostra optime disciplinata est et sequitur nos sicut grex pastorem suum. Aliae sunt ergo curae quae nobis mentem opprimunt. Vincemus, non est dubium, et dogma nostrum triumphabit, at noli me interrogare quo pretio! Proh dolor! Compromissi et aviliti sumus ab amicis et inimicis. Scoprivimus nos ipsissimi debilitatem positionis nostrae ad ingens gaudium inimicorum nostrorum.

Jam antequam incoepisset 14. maji discussio super nostro dogmate, vidimus nos commisisse unum fatalissimum errorem volendo facere credere hanc gentem quod instauratio Ecclesiae quam intendimus sit res fundata in Scriptura et Traditione antiqua in vice confessare francamente illam esse commandatam bisognis novis et urgentissimis et necessitate temporum nostrorum et independentem de doctrinis suppositiciis, avventatis et non comprobandis. Illud andaret si ageretur de nostris ignorantellis italicis et hispanis qui nihil legerunt nisi Breviarium et nesciunt cazzum de Scriptura, de Patribus, de historia Ecclesiastica, et quorum credulitas par est illorum ignorantiae. Sed hic agitur de gente quae vivit inter Schismaticos et Protestantes et ut his teneat testam per forzam debet imparare res quae nostri benissime possunt ignorare. Si vis illos contentare debes probare Infallibilitatem ex Scriptura. Ora, quaeso, quomodo illam probabis? Quid scivit Christus de Papa et de Ecclesia nostra? Si storpias et adulteras Scripturam et Patres, ecce tibi illos demonstrare falsificationem et rovesciare totum tuum aedificium adeo artificiose constructum. Quomodo cum his armis tenere campum? Quantas res spiacevolissimas debuimus audire, et videre hanc vivisectionem papatus et stragem doctrinarum nostrarum quas illa gens, superba sua scientia et amore proprio qui illi non permittit credi ignorantem, appellat brutalmente purum humbug. Et videre insuper in facie hujus oppositionis compositae ab omnibus episcopis doctis, eruditis, eloquentibus totius

orbis nostros amicos sicut animalia muta aut bestias insolentes et ignorantes quae, quando boccam aperiunt, nos compromittunt. Si ego tibi referrem incredibiles bestialitates quibus hi nostri amici, bona fide alioquin, credebant propugnare nostras doctrinas et oppugnare earum adversarios, dolor et indignatio tibi facerent crepare cor tuum. Scito quod inter tantissimos non habuimus nec unum solum episcopum — de Cardinalibus loqui superfluum esset — nec unum solum, dico, capacem combattendi oppositionem cum armis ingenii, eruditionis et eloquentiae. Reverendissimus noster P. Generalis tristi hoc spectaculo totus mortificatus est. Quid nobis juvat improbus noster labor occultus et subterraneus, quid tota illa strages Scripturae, Patrum, Canonum quam perpetravimus in bene Ecclesiae, quando nissunus eorum nescit uti his armis, et nos non habemus vocem in Concilio? Parum rei est quod illi votabunt sicut pecora, quando omnes sciverint eos votasse aliquid quod nec intellexerunt nec defendere sapuerunt, nec refutare ullum argumentum adversariorum! Bellus in veritate hic triumphus post victoriam Pyrrhi! Passabimus nomine majoritatis super capita tantae et talis oppositionis, proclamabimus praedilectum dogma nostrum et S. Pater pavoneggiabit se in splendore suae infallibilitatis et credet se revera factum esse infallibilem: sed totus mundus sciet quomodo vicimus, irridebit nostram praetesam sapientiam, tantum ausisse, tantas plagas Ecclesiae scuoprivisse, tantos dissensus manifestos fecisse et tanta scandala provocasse pro

obtinere aliquid, quod in eo solo casu potuisset exercere in oculis inimicorum Ecclesiae unum certum praestigium, si fuisset acceptatum sine ulla oppositione publica et unaniniter. Hac spe frustrata, opus pretio non valet. Non timeo schisma; multitudo credet sicut semper, increduli alzabunt spallas sicut semper, et episcopi omnes finient per se subjicere sicut semper et facient sibi pagare fidem suam cum conservatione opulentis mensae tantorum scudorum, francorum, librarum, dollarorum, guldenorum et thalerorum — omnia haec se adjustabunt bene aut male. Sed quod oportet sibi rendere clarum et quod me dolet est: quod scopum mancavimus totaliter, quod revolutio quam habuimus in vista, est impedita in sua parte essentialissima et remanebit fragmentaria, sine quod posset dici, utrum unquam, quando et quomodo poterit conduci ad complementum et finem. Fecimus aliquid simile illi gruppo Pietatis in cortili palatii Rondanini hodie Feoli: sculptor ipse, Michelangelus, videns terribilem hanc carricaturam suae ideae nasci sub suis propriis manibus, debuit ea spaventare se et buttare via suum scalpellum. Ita et nos non possumus recognoscere nostrum proprium opus — adeo id defiguratum est.

Vale si potes.

## VIII.

## Idem eidem.

Romae, 18. julii 1870.

Non me sentio capacem exprimendi tibi totam amaritudinem quae irruit in cor meum. Utinam possent cancellari ex memoria viventium et ex paginis historiae hi duo menses elapsi a 14. maji quo incepit debattimentum de nostro dogmate usque ad 13. julii quo finivit cum nefausta illa votatione in qua tres Cardinales, duo patriarchae orientales et 83 episcopi votarunt absolute, et tres Cardinales et 59 episcopi tacite contra dogma, 91 aliis absentantibus se per varias sed palpabiles rationes. Centum quinquaginta vota contraria! Hoc fiascum adeo est ingens ut nihil in hoc mundo potest reparare reputationem nostrae sapientiae. Et post quales terribiles discussiones! Episcopi protestantes dissecabant papatum prout vile aliquod cadaver; cum diabolica quadam

voluptate analysabant omnes partes debiles ejus; cum indomabili odio infuriabant in doctrinas nostras et sine pietate ammazzabant poveros nostros amicos inter theologos et episcopos. Qui haec audivit et vidit terribilem hanc battagliam antiquae Ecclesiae contra novam, debuit strappare sibi vestimenta et cinere infarinare caput suum. Quis recognoverit in his leonibus rugientibus blandissimas illas oves quae ante tres annos prostrati ad pedes S. Patris leccabant pedem sui pastoris et eum acclamabant infallibilem!

Haec pugna episcopatus pro auctoritate et infallibilitate sua manifestavit spiritum illum superbiae et vanitatis Luciferi pugnantis contra Creatorem suum, et monstrat nobis quod, si non riescimus ad atterrare et stiacciare episcopatum, non solum opus nostrum sed etiam ordo noster versatur in summo periculo.

Et nota bene: haec gens, cum paucissimis exceptionibus, tota in mente sua jam resolvit se subjicere et non habuit coraggium dicere in seduta publica et in barbam S. Patris suum „non placet", sed scapavit in vigilia festi. Minus male sic: tanta vota contraria in publica seduta repetita fuissent unum scandalum valde serium quia mundus amat coraggium et favet omni oppositioni quem credit seriam et liberalem. Cum sua absentatione oppositio perdit suum praestigium quod odium publicum contra nos illi conciliavit penes gentem ignorantem.

Nihilominus hodierna sessio solennis habita est sub non laetis auspiciis. Caeremonia fuit tristis et

gelida; aula depopulata; nostrorum erant praesentes circa 500. S. Pater erat inprimis arrabiatus, postea abbattutus et stancus. Sub missa jacebat plus quam sedebat in throno, appoggiando caput manibus modo dormentabat, modo se risvegliabat et prendebat frequentissime majores solito portiones tabacci. Aspectus ejus tristis erat et non se rasserenavit quam in illo momento in quo, sicut Moyses in Sinai decalogum, inter fulmina et tonitrua nostrum dogma approbavit et se cum indicibili satisfactione „Sacro approbante Concilio“ infallibilem proclamavit. Audiebantur 532 „placet“ et 2 „non placet“; sed alii 500 „non placet“ videbantur, quia sedes eorum, qui votassent contra, erant vacuae. Sub cupola basilicae circum Confessionem stabant circiter mille personae, maximum mulierculae ex quibus aliquae Papae applauserunt sicut faciunt actori in theatro. Deficiente alio hic applausus scarsissimus et indecentissimus nihilominus adeo graditus fuit.

Omnis illusio est abhinc impossibilis: omnes sentimus sed pauci confessant culpam insuccessus esse in parte nostram. Tota nostra ars respectu S. Patris debebit consistere in eo, quod non se accorgat hujus insuccessus et continuet credere se rimportasse victoriam incontestabilem. Sub hoc respectu bellum germanico-gallicum venit nobis in auxilium. Animus S. Patris rebus politicis distrahetur a Concilio, et adhaesiones consecutivae episcoporum consolabuntur illum de tristi ejus exitu. Sed et situatio politica valde periculosa est. Dicunt corpus occupationis gallicum

habere ordinem ritornandi in Galliam. S. Pater hoc facto non affligitur quia scit quod Italia obligabitur, secundum dispositiones Conventionis de Septembri 1864, ad impedire omne movimentum revolutionarium; sed nos altri scimus revolutionem esse quandoque fortiorem illis qui eam volunt frenare.

Vale.

h6

IX.

## P. Curtius, S. J., Excellentissimo Domino L. B. ab Antro Aeoli, S. J., in Germania.

Romae, 18. julii 1871.

Verum est quod jam nefasto illo die 20. septembris 1870 potuissem tibi scribere „consummatum est!“ Sed non scripsi quia semper speravi quod transibit a nobis calix iste et quod gubernium florentinum virorum dextrorum et moderatorum abhorrebit ab ultimo sacrilegio contra Ecclesiam perpetrando quod consistit in transferimento Capitalis Romam. Non speravi in potentias catholicas nec in revolutionem catholicam mundialem, nec in legiones angelorum qui ex sacro barracone cacciarent Heliodoros piemonteses. S peravi unice in Consortes et alios moderatos qui professant tantam devotionem ergo S. Patrem et S. Matrem Ecclesiam et tantum habent horrorem de revolutione et de liberis pensatoribus. Lasciarunt nos in occasione 25[i] anniversarii S. Patris facere unum baccanum diabolicum, imo vigilabant ne nobis et nostris buratinis venutis ex extero faciatur male ab hac populatione perfida et sleali, et rex ipse misit unum suum adjutantem generalem pro obsequiare S. Patrem qui naturaliter recusavit ricevere eum. Nonne erat rationevolissimum pensare quod guber-

nium florentinum in ultimo momento bugerabit revolutionarios et renuntiabit ad venire Romam? Quis ergo non speraverit id quod desiderat?

Vana spes! Venit aliter! Et hodiernum anniversarium Infallibilitatis ramentat mihi illas tristes parolas evangelicas „consummatum est!"

Cum praecisione unius machinae primo die julii arrivarunt ex Florentia omnes ministri cum suis impiegatis, et secundo die julii intravit in urbem in triumpho rex accoltus a populo cum uno enthusiasmo phrenetico et bestiali qui mihi cor stratiavit, Cardinalibus autem et Monsignoribus denuo demonstravit ad oculos quantum populus eorum gubernium odit et detestat, etiamsi nos quotidie ex pulpito, in confessionali, in schola, in conversationibus familiaribus regem et gubernium italicum svillaneggiamus, in fango strascinamus, maledicimus et anathemisamus. Est vetus illa historia de Christo et de Barraba!

Quid tibi dicam de contegno S. Patris in his diebus 20. septembris 1870 et 2. julii 1871? Timebamus ne sanctus senex moriatur de cordoglio, et omnia jam praeparavimus et disposuimus pro futuro Conclavi in Francia habendo. Sed pro maxima nostra sorpresa ille vivit, mangiat, bibit, dormit bene, canzonat omnes ad solitum, nugat et facit suos calamburgos sicut nihil fuisset arrivatum. Stranus homo! Si non esset peccatum aliquid tale supponendi, ego pensarem, illum esse contentonem caduta dominii temporalis, et se credere nunc majorem signorem quam antea. Factum stat quod ille male se praestat nostrae inventioni cap-

tivitatis, et quod durat magnam faticam retinere eum a sortire ex Vaticano in carozza dorata cum sex cavallis cum committiva guardiae nobilis et palatinae et percurrere urbem ut videat utrum populus se prosternat ante illum sicut prima. Si illum prendit haec phantasia et si videt quod populus illi devotus est et non odit Papam sed solum detestat cadutum gubernium pontificium: quis scit quid ille faceret? Disgratiatus senex nos perdet cum sua caparbietate: nunc vult tenere Consistoria, creare Cardinales, nominare 200 aut 300 episcopos, et quando illi observatur quod hoc non potest facere quia prigionierus est, ille se arrabbiat et respondit furiosus, hoc esse unam infamem bugiam quia ille scit se esse liberissimum et posse facere quidcunque illi talentat. Imagina tibi quanta arte oportet tractare hominem guastum adulationibus et capricciosum qui se revera credit infallibilem!

Ceterum vita nostra Romae, inter nos sit dictum, non est malaccia. Per principium et officium nos strillamus et dicimus iram de Deo de „impio et sacrilego gubernio subalpino“, sed, francamente parlando, non fossent gazzettae buzzurrorum et mascalzonum venutorum Romam in cauda exercitus generalis Cadornae, viveretur sufficienter bene cum hoc gubernio usurpatore. Rubavit nobis jucundissimum dominium temporale et cum lege garantiarum excavavit nobis dentes, sed lasciat nos vivere sicut primum et impedit ne populus nobis hostilissimus nobis faciat male. Provocamus populum quantum plus possumus, facimus tridua, novenas cum concionibus violentissi-

mis, sed benedicti hi buzzurri cum eorum phlegmate habent pellem duram et impermeabilem pro omnibus nostris violentiis et injuriis et evitant dare nobis rationem sufficientem lagnandi nos de mancantia libertatis. „Non volumus facere martyres,“ dixit unus minister nuperrime ambasciatori cuidam; „nostra patientia et indulgentia non habet limites nec finem, quia non timemus minime hanc canagliam clericalem, sed dispretiamus eam et lasciamus latrare sicut canes in strada, in gazzettis et in ecclesia.“ Hoc systema sdegnosae tolerantiae in omni altro statu haberet maximas inconvenientias, hic vero, ubi totus populus de toto corde odit gubernium sacerdotum, illud non habet verunum incommodum, et ego timeo valde ne gubernium buzzurrum cum sua machiavellistica intentione riescat perfectamente.

Nos sumus semper inflexibiles, id est respingimus omne riavvicinamentum cum gubernio usurpatore; sed credo paucissimos esse in ipso Vaticano extraterritoriali qui recusarent stringere manum si gubernium italicum eam illis porgeret et aliquas concessiones apparentes promitteret: si non, non. Cujus est ergo culpa?

Libertas politica non est res adeo mala, anzi est bona inventio quae nobis etiam proficit. Nos et gazzettae ea satis abutimur. Invenimus pro giornalistis buzzurris gratiosissimum nomen „sicariorum pennae“ quod illi nobis cum pauco spiritu reddunt appellantes nos „sicarios animae,“ et sic se sfogant passiones sine facere male nissuni. Paret incredibile quod populus romanus qui providentia gubernii pontificii a tantis

saeculis nunquam sentiverat afflatum pestiferae, ut eam dicimus, libertatis, hanc libertatem optime supportat et minus ea abutitur quam illa caterva buzzurrorum huc intrusa per brecciam Portae Piae.

Pro dare tibi de nostra situatione unum quadrum aliquanto completum, meminisse juvabit etiam expropriationis conventuum. Hucusque pauci expropriati sunt et quia lex de abolitione corporationum religiosarum non est adhuc applicata ad provinciam romanam, pagatur corporationibus totum expropriationis pretium — sed, ecce novas insidias diaboli! pagatur in rendita italica, quo fit ut disgratiati illi frates et suorae debeant quotidie facere ad Deum preces ut conservet regnum Italiae, centies et millies a S. Patre maledictum et excommunicatum, quia si regnum rueret rimanerent poverini sine uno bajocco et non haberent de quo vivere. Sceleratum gubernium hoc gubernium italicum! Cum vendita bonorum ecclesiasticorum non solum creavit 200 aut 300 millia proprietariorum qui per eorum interesse legantur cum novo Statu, sed et constringit ipsos monachos et monachas ad pregare pro salute et incolumitate regni Italiae. Erat revera impossibile excogitare unam majorem furberiam! Ipse S. Pater eam admiratur.

Vale et mihi fave.

O. A. M. D. G.

Lipsiae, Impressit Otto Wigand.

50ª

Lipsiae Impressit Otto Wigand.